

the Surgeon, and less painful to the Patient; nor yet so liable to wreath the Muscles, and distort the Ends of the fractured Bones.

And to render this Machine of the like Service at Sea, where we are in the greatest need of Helps of this Nature; I have designed a Bed to swing and yield to the Ship's Motion, whereon the Patient is to be laid, with the Engine thereto fixed, that the frequent Discomposure and Disturbance given to the fractured Part by the Ship's rolling and working at Sea, may be prevented.

---

V. *De Ostreis Petrefactis Relatio Cornelii le Bruyn, Illustrata per Jac. Theodor. Klein, R. S. S. Reip. Gedan. a Secret.*

**I**NDEFESSUS peregrinator Cornelius le Bruyn \* inter alia ad historiam naturalem notatu digna, pag. 480. seq. ostrea exhibet, quorum non solum valvas petrefactas, sed & animal ipsum intra conchas in lapidem mutatum offendit.

Prima facie & narratio & figuræ, quas dedit, suspectæ videbantur, magisque fidenter quam vere traditæ. Audiamus auctorem:

“ A quelque milles de Nicosie il y a une petite montagne, qui n'est que d'huîtres petrifiées — les écailles en sont serrées l'une contre l'autre, et, lorsqu'on les ouvre, on voit l'huître des deux cotés des

---

\* *Voyage, Tome Second, à Paris & Reuen 1725. 4°.*

“ écailles,

“ ecailles, si bien consumée, qu'on diroit, qu'elle y est  
 “ gravée. Ces ecailles sont aussi petrifiées, ou chan-  
 “ gées en pierre — J'en ouvris une — au milieu de  
 “ laquelle on voit l'huître toute entiere, &, en  
 “ même tems, comment elle paroit gravée dans  
 “ l'autre ecaille.”

Non admirabar testas in lapidem versas, sed ostreum  
 animal petrefactum mirum audiebat; nec sufficere  
 videbatur ratio hujus phænomeni, quam auctor pro-  
 babilem ratus est, verbis:

“ Quand on ôte le sable de la premiere ecaille,  
 “ on voit l'huître, qui est de même consumée par le  
 “ tems, d'où il faut conclure, que ces huîtres y ont  
 “ été vivantes, & que l'eau s'étant ecoulée, le sable  
 “ a insensiblement pris la place, & que l'huître en  
 “ mourant a imprimé la forme dans l'ecaille — Ainsi  
 “ il en est de ces huîtres, comme de ces pierres, ou  
 “ l'on voit un poisson.”

Vix enim intelliges, quid sibi velit moribundi  
 ostrei (animalis mollis, facile corruptibilis) FORMA  
 testis suis ante impressa, quam ipsæ testæ (natura  
 duræ) abierunt in lapidem; neque statim ibis in sen-  
 tentiam auctoris: Quod non superet possibilitatem,  
 ut ostreum sui figuram imprimeret testis pari modo,  
 quo sceleta piscium SCHEMATA sua relinquunt post  
 se in materia terrea subacta, quæ postmodo vertitur  
 in lapidem plerumque scissilem.

Itaque operæ pretium esse duxi, hanc relationem ad  
 captum accommodare, & in clariore luce exponere  
 schematibus LITHOSTREI, quod integrum ex lapide  
 durissimo montis Zigarorum (*Zijanken-Berg*) prope  
 Gedanum anno 1736. feliciter excussi.

In antecessum autem monendum, 1. Lapidés Gedanenses figuratos, varia multaque insolita ex regnis vel animali vel vegetabili continentés, inprimis montium, qui a grandine (*Hagels-Berg*) & a Zigaris nuncupantur, ac vicinorum, ex argilla & luto cum tantillo arenæ mixtis esse fictos, cinerei coloris, plerumque durissimos, adeo ut tudite ferreo cæsi ad instar vitri fossilis *Imperati*, sive lapidis cornei vulgatissimi, subnigri, i. e. culinaris, dissiliant. 2. Quod præ reliquis ostracomorphitæ testas sive cochlidum sive concharum foveant sæpiissime integras, petrefactas quidem, coloribus naturalibus tamen plerumque & optime distinguendas; aliquando, ubi matrix (quæ vulgo audit) minus compacta vel dura est, partim quasi calcinatas, partim in lapidem versas.

Jam in prædicto lithostreto, nisi fallor, sese manifestabunt phænomena, quæ celebris Cornelius le Bruyn in relatione sua, licet obscura, fortasse nobis exponere voluit; in quem finem,

Hujus lithostrei partes, valvis ejusdem circumspete reclusis, exacte ac vivis coloribus pingi curavi, TAB. III.

Fig. 1. exhibet testam inferiorem complanatam, tenaciter in lapide durissimo hærentem, ex genere ostreorum saxatilium; de quibus vid. *Lister. de Coch. Tit. xxvii. p. 182.* cardine utrinque canaliculato, vel ginglymis

*a, a,* instructo.

*b,* Manifestum vestigium validi tendinis, quo mediante animalculum valvas & ad plausum apert & claudit.

*c..c,* Branchias suspicatus sum (vulgo barbam) ostrei; colore ex cinereo albicante, & sua substantia lævissima a colore & materia la-

lapidis sese distinguentes, coadunatis scilicet particulis resolutis branchialibus cum terreis particulis subtilissimis, & successu temporis petrificantibus, quasi in magmate superstites; idque eo fidentius credidi, quo facilius branchiae testaceorum naturales pariter a reliquis partibus mollibus colore & substantia distinguuntur.

Fig. 2. Superior valva est, vel concha magis convexo-concava, quam superior valva ostrei in cœnis noti; ubi rufus

*a, a,* Ginglymi, &

*b,* Tendo, antagonista, apparent.

Fig. 3. Prototypum dixeris animalculi, post branchias integri, pariter ac branchiae immutatum, & in cavitate valvarum repertum; in quo litera

*a,* cernere licet vestigium processus tendinosi a parte testæ convexo-concavæ :

*b,* vero processum valvæ complanatæ oppositum.

Sic salva mansit forma animalis, tota vero substantia abiit in materiam lutosam, induratam, lævem;

Et id forsitan est, quod Le Bruyn dicere voluit, verbis ;  
 “ Au milieu . . . on voit l’huître entière, et en  
 “ même tems, comment elle paroît gravée dans  
 “ l’autre écaille.”

Fig. 4. Reliquum diconchæ; ex quo apparet, testam fuisse minus ponderosam testa ostrei vulgaris; lævem; non imbricatam neque sulcatam.

Cæterum omnibus notum est, quod in plurimorum ostreorum interna, in primis concavæ valvæ paricte, sit velut cisterna, aquam cum voluptate appeti solitam continens, tenui lamella testacea clausa, & a car-

dine plerumque integrum animalis thalamum adæquans; hanc cisternam, cum a solida testa mox distinguitur, imperitos fallere, experientia me docuit. Nam plus una vice contigit, quod hic vel ille in conchis fossilibus cavitatem transparenti laminula opertam imaginarie pronuntiaverit; ostrei figuram testæ alterutri ruditer inscriptam.

Forsan vel similis testa fossiliis monticuli Nicosiani Bruynio imposuit, “ Que l’huître a imprimé sa forme “ dans l’écailler,” audacter ad figuram, quam dedit, provocanti; “ comme on le peut voir dans la figure;” cum tamen ipsa figura, paulo attentius considerata, nihil aliud oculis offert, quam simplicem testam, vix umbratilem, difformem potius vel imaginariam ostrei speciem formamve mentientem. Hoc assertum multis schematibus probare possem, sed unicum sufficiat:

Fig. 5. Ostrei peregrini & polyginglymi, montis Zigarorum. Ecquis autem nobis persuadere præsumeret, circumscriptam literis *a*; *b*; *c*; *d*; *e*; figuram esse formam, quam animal moribundum testæ suæ impressit? cum in oculos incurrat, denotare cisternam suprafatam, non nisi particula dictæ lamellæ testaceæ tenuis, e regione literæ *b*, superstite.

Fig. 1.




Fig. 2.





Fig. 5.



a





Fig. 3.



b

Fig. 4.

